UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij & || Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e || XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.

Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas

[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Carolostadius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

Visual Library

⁊ ſtudiũ. atq͂ induſtria adhibenda: et infra. Alioquin ſi nihil operis expoſcit. ſuperflua vtiq͂ videbuntur eſſe mandata. fruſtra etiã Paulus culpat q̃ſdam cecidiſſe a veritate. ⁊ collaudat eos qui in veritate fidei steterunt.

¶ Deinde dñs Andreas conclu: 15. vigilias et labores nr̃os carpit. vt in chryſopaſſo multa de p̃deſtinatiõe agerem. ⁊ tñ eam inficias auctoritates de p̃deſtinatiõe ꝑtinere ad opa coronãda. Veriſſimũ eſt ꝓuerbiũ. Citius quis carpet q͂ intelliget. quãuis nõ ignorẽ q͂ ſit mihi curta ſupellex. attñ anim⁹ meus ſemper fuit ꝑatus. ſicut hodie eſt a doctorib: emendari ac doceri. vt ſic ignorantie nebulas pellerẽ. Attñ q͂ inerudite meam taxauerit ꝓpoſitionẽ facile poteſtis intelligere. cũ propoſitiõe. 16. arguerẽ dominũ Andreã q: ex hoc q̃d voluntatẽ dixiſſem dominã actuũ. ipſe ꝑ capillos detorſiſſet in materiã predeſtinationis. tũc dixi ꝓpoſitiõe. 18. neutrã ꝑtem hic ſuſcipio defendendã. qd̃ predeſtinatiõis negotiũ ſit ꝓpoſito impꝑtinens ⁊ extrariũ. Hic cũ dixiſſem materiã predeſtinatiõis (an ſcʒ habeat. rõnẽ in nobis) eſſe impꝑtinentẽ negotio ⁊ diſputationi nr̃e. ipſe accepit vnã pulchrã intelligentiã. et audet mihi imponere ꝙ auctoritates de predeſt: negaueri ꝑtinere poſſe ad opa coronanda. par calũnia eſt in ꝓpoſi: 16. vbi dixit me Bernhardũ legiſſe. Tolle liberꝝ arbi: et non eſt qd̃ ſaluet legit. quod ꝓ quo. ſubdens multũ calũnioſe. et ſatis demonſtrat quãto iudicio Eccleſiaſticos ꝑuidet facit aũt omib⁹ ſtudioſis ſe ſuſpectã depuatorẽ Certe deũ optimũ: maxi: precor. ne vnq͂ intellectũ meũ tanta cecitate ꝑcutiat. vt quidq͂ in ſanctis p̃ribus deprauẽ. ſicuti nõ credo hactenus mihi ab aliq̃ monſtratũ. et quidquid dicat. d. d. Ego legi quod et lego quod. ita habet Bern: Ita hñt emũctiſſimi codices. quos videat. d. doctor ne ipſe depuet. quũ ſit admodum iuuenis in Eccleſiaſti p̃ribus legendis ſicut teſtaẗ in ꝓloquio ſuo libelli de iuſtifi: impij. Quare pro charitate fraterna poti⁹ nos deberem⁹ mutuo iuuare. ⁊ hortari ad ſacerrimũ theologie ſtudiũ: q͂ iſtis ſcõmatibus. aculeatʒ verbis. et ridiculis inuicem irritare et moleſtare: hec ſunt dicta pro defenſione Scholaſticoꝝ et dictorum meorum.

Caroloſtadius.

¶ In nõie Chriſti amẽ. Quãuis multa argumẽta ꝑ doctorẽ adducta poſſunt diſſecari ꝑ illud qd̃ ſcholaſtici de facere qd̃ in ſe eſt cũ Eccleſiaſticis ſunt incõcordabiles: Attñ videamus dicta doctoris per ordinem et breuiter.

¶ Ad primũ. Cũ dicit me libero arbi: attribuiſſe actiuitatẽ: concedo ſed vt in premiſſis: videlicet gratuitã. alienã. et ex deo ꝓuenientẽ.

¶ Ad ſecundũ. Cũ opponit mihi me falſum impoſuiſſe ſcholaſticis doctorib: Reſpondeo hoc mihi falſe oppont Et egregiũ doct: in concluſi: ſua. 38. ſecũde adnotationis clare deſcripſiſſe quid ſit facere qd̃ in ſe eſt: cuius verba ſunt cũ facere qd̃ in ſe eſt probatiſſimoꝝ theologoꝝ ſententia ſit: remouere obicem et impedimentũ g̃re: nõ dabo ꝙ qui faciat qd̃ in ſe ſit faciat qd̃ deo diſplicet ⁊c. Ex quibus verbis clare conſequiẗ impedimentũ gratie tolli per nos: alioquin dixiſſet quũ facere qd̃ ex g̃ra eſt: eſt tollere impedimentũ g̃re. Et de hac ſententia videlicet: qd̃ g̃ra tollit mala merita: et malã voluntatẽ: atq͂ impedimentũ g̃re nemo Eccleſiaſt: dubitat: ſed neq͂ ſcd̃m Eccleſiaſt: dicimur tũc facere qd̃ in nobis eſt qñ opamur ex g̃ra. Nam Auguſti: de vera innocentia c. 150. hoc eſt ſcd̃m nos viuere vel facere qd̃ male facim⁹: verba eius ſunt: cum homo ſcd̃m ſe viuit: nõ ſcd̃m deũ: ſimilis eſt diabolo: q: nec angelo ſcd̃m angelũ: ſed ſcd̃m deũ viuendũ fuit: vt ſtaret in veritate: Ecce clarus textus eſt: qd̃ qui viuit ſcd̃m ſe: diabolo eſt ſimilis: et eſt mendax: Quod etiã Auguſt: dicit ad articulos ſibi falſo impoſitos c. 7. De facere qd̃ in ſe ſic dicit Auguſt: de vera innocentia ca. 1.26. Totum bonum qd̃ habemus. ab artifice noſtro habemus: ſed ſi hoc in nobis eſt quod ipſi fecimus inde damnabimur. Si aũt hoc quod deus fecit. inde coronabimur. Ex quo textu ſequiẗ qd̃ deus homini facienti quod in ſe eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tribuit damnationē. facientꝭ aūt qđ ex deo eſt. largit coronā. Et ſi is fuit doctoꝝ
ſenſus. debuit adieciſſe ſue ſentētie qđ Auguſt: apponere non erubuit. ⁊ age-
rem dñationi ſue grās. ſi ita mecū ſentiret et mecū loquerek. Idē Aug: de vera
inno: c. 322. Nemo habet de ſuo niſi peccatū ⁊ mendatiū. ſi quid aūt homo
habet veritatis atq̄ iuſticie. ab illo fonte habet. qui eſt Chriſtus. hoc aūt qđ
deo largitore habemꝰ. pendet ex dei ptāte non ex noſtra facultate. qđ Auguſt:
clare ſcripſit de peccatoꝝ meritis. li. 2. c. 5. Scholaſtici aūt dicūt ꝙ facere qđ
in ſe eſt. precedit infuſionē gratie. ſi aūt aliquis dixit ꝙ gratia ſola tollit impe-
dimentū grē nō eſt redarguendꝰ ſed amplexandꝰ. et ꝑ iſta rñſum ſit ad. 3. ⁊ 4.
¶ De Chryſoſtomo dico ꝙ caute legendus eſt. immo ſi eſt eius animꝰ ꝙ initia
mundationis ſunt ante gratiā in nobis. tunc negandꝰ eſt. et adherendū nobis
eſt btō Auguſt: qui fuit hereticoꝝ examine redditus ꝓbatior. immo Egre: d. d
Auguſtinū principem theologoꝝ poſuit.
¶ Ad ſextū de conſenſu quē Bern: attribuit liber arbi: dico ꝙ idē Bern: expſſe
dicit. cōſenſum iſtum eſſe a deo. ſimiliter et conatū. et per hoc ſit reſponſum ad
nonū etiam. Quis dicta Bernhardi ſint bona. ſed non ad ꝓpoſitum.
¶ Septimo cū egre: d. d. dicit me eum traxiſſe ad materiā liberi arbi: cum ipſe
poſuerit voluntatē dñam ſuoꝝ actuū. ſolutio. nihil mihi de ſuis cōcluſionibus
ſed ſi dñatio ſua eſt grauata. reſcribat quā primū poterit.
¶ Octauo. qđ Grego: Nyſenus ponit hoīem agentē et facientē. neſcio ſi tanta
ſit illius auctoritas que poſſit ceruicem meā premere. etiam ſi diuerſe ſentiret.
quippe ꝙ mihi eſt incognitus. hoc tñ dixi in ſuperioribus ꝙ liberū arbi: actum
agit. hoc eſt recepta diuina actione agit.
¶ Decimo. ad Auguſtinū de libero arbitrio dico ꝙ idem Auguſtinus ſe lucu-
lenter expoſuit in poſterioribus libris videlicet de peccatoꝝ meritis lib: 2. vbi
Roma. dicit ꝙ liberū arbi: etiā gratia inſtauratū nullū ius habet in carnis mēbra niſi
qđ membra non miniſtrat pctō. qđ in homie eſt. ita etiam in libro retracta:
¶ Undecimo. qñ egregi: d. d. dicit ſe in chryſopaſſo ſuo. neſcio qua Centuria.
poſuiſſe ꝙ liberū arbi: non remouet obicem principaliter ſed ipſa gratia peto
doceri a dño doctore quid ſit principaliter remouere. vel remouere totū obicē.
Dico ꝙ hoc qđ eſt ex gratia principaliter. non eſt nobis attribuendū ſed deo.
prout patet ex dictis Auguſti: ex lib. de vera innocen: allegatis.
¶ Duodecimo. cum d. d. dixit diuinam motionē ꝓcedere diſpoſitionē ad grāz.
vereor ſi iſta diuina motio diſtiguit contra gratiā iuſtificantē impiū. egre: d. d.
cum inuictis ſcholaſticis defendere veſtitum quo teguntur Pelagiani: qui ve-
niunt in veſtimentis ouium et intrinſecus ſunt lupi rapaces.
¶ Tredecimo ꝙ dicit Ezechielē ſibi non aduerſari mihi admodū placet ſi verū
eſt qđ dicit. vellem equidē nos in veritate eſſe concordes. ſed in cōcluſione ſua
allegata. non dicit hoc eſſe ex gratia. videlicet tollere impedimentū gratie. Si
itaq̄ hoc ſentit. apponat iſtam gloſſellam. et vel deſtruat vel firmet ſuam cō-
cluſionē. libenter cū egre: d. d. loquar quēadmodū ſcrip: loquunt̄ que dicūt. Et
auferam dicit deus cor lapideum de carne veſtra. non dicit vos auferetis ſed
ego auferam Ezech: 36. nec obſtat ꝙ eundē Ezechielē ex alio loco adducit. vbi
ꝓcipitur nobis facite vobis cor nouū Nam qñ ſcriptura hortatur monet nos
iubet atq̄ precipit nobis. tunc demonſtrat quid petere debeamus. ⁊ quid fla-
gitandum ſit. vt det. ꝓpterea oramꝰ fiat voluntas tua. i. fac hoc in nobis qđ
fiare exigis. Fac nos parere monitionibus tuis et preceptis.
¶ Quarto decimo. quod de Origine adductum eſt non recipio et reſpondeo
quēadmodū ad Chryſoſt: nam Origenes in libro Periarchon multa videtur
tribuere noſtre voluntati que Auguſtinus negat.
¶ Quintodecimo. quādo Egre: d. d. dicit me labores ⁊ vigilias ſuas carpſiſſe
qđ auctoritates ad opa ꝑtinentes inficiatus ſit ꝑtinere ad predeſtinationē ⁊c.

Solutio. nihil ad inſtitutū preſens quod ſuis circulis et lineis iam arctatum
eſt.iuxta vetera noſtra inita.

¶ Ad pꝛuerbium cū dicit citius quis carpit q̄ intelligit. Reſpondeo eſſe com=
munē moꝛbū cuius foꝛte medicina et remedio eget et egre:d.d. vtinā non ha=
beret in practica. dicit em̄ me ineruditꝫ eum taxaſſe. adhuc ſub iudice lis eſt.

¶ Pꝛo ceteris omnibus per iam dicta non reſolutis remitto lectoꝛē ad apolo=
giam Egre:d. doctoꝛis et meam.

¶ Poſtremo. q̄ mihi obtrudit libellū meū de iuſtificatione impij. non magnis
facio. non em̄ eruditiōis gratia facit ſed foꝛtaſſe vt ita abſumam⁹ tp̄s nr̄m.

Eckius.

¶ Credo ſcholaſticos ꝓbatiſſimos viros a ſanctis pr̄ibus non diſſentire. qd
opponit mihi conclu:38. nō attendit quō diſputationē ſim exoꝛſus. Nam vo=
luntas pōt facere quod in ſe eſt ad malum. et illud potiſſimū habet ex ſe. et ita
loquitur Auguſt: aliud eſt facere quod in ſe ad bonum. Et de illo dixi in cōclu:
quia vtrumq̄ eſt in poteſtate noſtra. et bonum ⁊ malum Eccleſi:15. tamē ma=
lum eſt plus in poteſtate. cum bonum ſine dei adiutoꝛio facere nō poſſumus.
et q̄ Auguſt:c.150. de vera inno Non dicit ſimplicit̄ de viuere ſecundū nos.
ſed cōiunctim et non ſecundū deum. vnde ex cauſa dicendi dictoꝝ intelligentia
eſt accipienda. ideo cum loquuti ſumus de meritis debebat concluſionē intel=
ligere de facere quod in ſe eſt ad bonum. quod nos ꝓduximus ex Auguſtino
Et d.d. ad eundem locum nihil dixit.

¶ De Chryſoſtomo habetis quid ſentiat et in quo honoꝛe habeat non ſolum
ſcholaſticos ſed etiam Eccleſiaſt:patres.

¶ Chryſoſto: dicit caute legendum. Nyſenum dicit. non poſſe pꝛemere ſibi
ceruicem. Attamen q̄ foꝛte eſt dure ceruicis Chryſoſtomus Auguſtino non
contradicit. qui idem aſtruit de ꝑfectione iuſti:ibi hec vtiq̄ oꝛat. et qd Aug:
pꝛefert Chryſoſto:q̄ fuerit cum hereticis exercitatus. oppono ei Hiero:cōtra
Pelagi: qui nobis tribuit initiū boni opis et ꝑfectionem tribuit deo. in eoipſo
opere vbi Pelagianos fregit. quid q̄ ad Hiero: hereticoꝝ malleū dicere vult.
multo expꝛeſſiorē q̄ ſit Chryſoſtomus: et Bernhardus de gratia et libe:arbi:
eandem facit rōnem q̄ Chryſoſto: de obſeruantia pꝛeceptoꝝū.

¶ Ad Bernhardū allegauit eum q̄ conſenſus ille ſit a deo. fateoꝛ. ſed ꝑtim.

¶ De concluſio: iuſſit me reſcribere. Ego in hunc finem iam diſputo. vt illius
iniurioſe ſcriptionis eſſet aliquādo finis. vt in defenſione et literis ad illuſtriſſ:
pꝛincipem et vniuerſitatē datis liquet.

¶ Ad Auguſti: de libe:arbi: eum non ſoluit ſed dicit q̄ ſe expoſuerit libꝛo de
peccatoꝝ remiſſ: cum Auguſt: etiā poſt illū librum de peccatoꝝ meritis fecerit
libꝛū retracta: tamen illud dictum per me allegatū non retractauit. quare ad
illud fuerat reſpondendū.

¶ Deinde petit doceri quid ſit pꝛincipaliter remouere obicem. Dixi q̄ qui non
intelligit quid pꝛincipale et quid acceſſoꝛiū. quid minus pꝛinci: et directiuū ne=
ſcio quid alias ſcire poſſit. Pꝛincipale in actionibus qd aliud dirigit. vel ei ac=
tiuitatē tribuit. aut vt vꝛ̄ioꝛ cauſa cōcurrit. itaq̄ gr̄a pꝛincipaliter ⁊ cū effectu
in tertio gradu ab Auguſt: tradito. pctm̄ remouet. libe:arbi: in ſcd̄o gradu
Auguſt: adquieſcens diſpoſitiue remouet. qd laudat me iam ſentire cū Eccle:
hoc ſemꝑ videt̄ in chryſopaſſo factū ſed deberē appoſuiſſe gloſſaꝫ. Si ex cha=
ritate theolo: legiſſet nr̄am defenſionē habuiſſet gloſ: cū textu ꝯclōne. 2ꝫ adno:
.z. Qm̄ libere ꝯfiteoꝛ nunq̄ fieri aliqd bonum opus meritoꝛiū ſine ſpāli aſſiſtē=
tia diuine gratie et miſcdie. Qd veret̄ me incedere ſub veſtitu Pela: ſi diſpoſi=
tio ꝑcedens nō ſit gr̄a iuſtificās. nihil adduxit. ideo ſolū me excuſo. eſſe me ꝑūꝫ
ouiculā et lupos ignoꝛare. hoc tm̄ arbitroꝛ eſſe de mente Auguſti: qd initium
ſalutis ſit gratia. ⁊ gratuita motio iuſtificans. pꝛimū in tertio gradu ab Aug:
poſito. vbi dat̄ gr̄a q̄ eſt vera charitas. vt pꝛima ſit gr̄a ꝑueniēs ſcd̄a coopās.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN